



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

3 Vtrum aliquod peccatum faciat reum pena æterna.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

ARTICVLVS II.

*Vtrum peccatum possit esse pena peccati.*

**A**D SECVNDVM sic procedit. **V**t qd peccatum non possit esse pena peccati. Pœna. n. sunt inductæ, ut per eas homines reducantur ad bonum virtutis, ut patet per Philosophum in 10. Eth. \* sed per peccatum non reducitur homo in bonum virtutis, sed in oppositū. ergo peccatum non est pena peccati.

**¶ 2** Præt. Pœnæ iuste sūt a Deo, ut patet per Aug. in lib. 83. q. 1. peccatum autem nō est a Deo, & est iniustum: non ergo peccatum potest esse pena peccati. **¶ 3** Præt. De rōne pœnæ est qd sit contra voluntatem: sed peccatum est a voluntate, ut ex supradictis patet. \* ergo peccatum non potest esse pena peccati.

**S**ED CONTRA est, qd Greg. dicit super Ezech. \* quod quædam peccata sunt pœnæ peccati.

**R**ESPON. Dicendum, qd de peccato dupliciter loqui possimus, per se. & per accidens. Per se quidem nullo modo peccatum potest esse pena peccati. Peccatum enim per se consideratū sicut in actu voluntatis, est carentia boni convenientis. ergo. Probatur minor: qd magis cōueniens est voluntati boni honestum, quā commo dūm. Et cōfirmatur, quia habitio boni cōmodi est simpliciter pœna. ergo magis & maior pœna est ablatio boni, quā magis cōuenit voluntati, & maius est.

**A**D HOMINEM vero, auctorem scilicet: quia ipsemet inquit. de Malo. quæst. 1. ar. 4. ad secundum, tractans illud August. Insuper Dicitur sic est, vt omnis inordinatus animus sibi ipsi sit pœna, dicit quod ex eo quod inordinatio illa inuit quis quodammodo patitur, immisceat ratio pœnæ. In oppositū est, quia inordinatio illa vt in voluntate esset culpa, & culpa per se esset pœna, quia per se conuenit culpe esse in voluntate. Præterea, auctor multū esset diminutus, dicens quot modis peccatum potest esse pœna, & negas formaliter, & affirmans ex parte cause subiectæ actus & effectus, & tacens hoc.

**A**D EVIDENTIA huius difficultatis scilicet est, quod dicitur

**A**uidia, siue actus exterior, ut patet cum aliqui graui labore opprimuntur & dāno, ut expleat actum peccati, sicut illud Sap. 5. Lassari sumus in uia iniquitatis. Tertio modo ex parte effectus, vt scilicet aliquod peccatum dicatur pena respectu effectus consequentis: sed hijs duobus ultimis modis unum peccati non solum est pœna præcedentis peccati, sed etiam sui.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, qd hoc etiam, qd quod aliqui puniuntur a Deo, dum permittit eos in aliqua peccata profluere, ad bonum virtutis ordinatur, quandoque quidem etiam ipsorum qui peccant, cum scilicet post peccatum humiliores & cautiore relinquantur. Semper autem est ad emendationem aliorum, qui videntes aliquos ruere de peccato in peccatum, magis reformidant peccare. In alijs autem duobus modis manifestum est, qd pœna ordinat ad emendationem: quia hoc ipsum, qd homo laborem & detrimentum patitur in peccando, natū est retrahere hoīes a peccato.

**A**D SECVNDVM dicendum, qd rō illa peccati de peccato sicut se. & similiter dicendum est ad tertium.

ARTICVLVS III.

*Vtrum aliquod peccatum inducat reatum eterne pœnæ.*

**A**D TERTIVM sic procedit. **V**t qd nullum peccatum inducat reatum eterne pœnæ. Pœna enim iusta adequatur culpe: iustitia enim equalitas est. vnde dicitur 1. Saie 27. In mensura cōtra mensuram cum abiecta fuerit, iudicabit eam. sed peccatum est temporale. ergo non inducit reatum pœnæ eterne.

**¶ 2** Præt. Pœna medicine quædam sunt, ut dicitur in 2. Ethic. \* sed nulla medicina debet esse infinita, quia ordinatur ad finem. quod autem ordinatur ad finem, non est infinitum, ut Philosophus dicit in 1. Polit. † ergo nulla pœna debet esse infinita.

**¶ 3** Præt. Nullus sapiēs facit aliquid, nisi propter se in ipso delectetur: sed Deus non delectatur in perditione hominum, ut dicitur Sap. 1. ergo non punitur homines pœna sempiterna.

**¶ 4** Præt. Nihil quod est per accidens, est infinitū: sed pœna est per accidens, nō est enim secundū naturā eius, qui punitur. ergo non potest in infinitū durare.

Prima Secundæ S. Thoma.

tes inordinationem culpæ esse pœnā, distinguunt, qd ipsa dupliciter sumitur, scilicet vt est a voluntate, & sic culpa & nō pœna: & vt est a voluntate, & sic pœna & nō culpa: quia in potestate volūtaris est primo modo, & non secundo. Nā voluntas iniquitatem subiectum, non habet formam inherētem in sua potestate, & sic est iusta & ordinatiua culpæ: a Deo autem dicitur, qd est vt a deferēte. Et hæc opinio attribuitur Magistro sent. in 36. dist. 2. & videtur habere multos sequaces, quin etiam S. Tho. tribuitur propter supradicta verba. Et quia hic loquens de peccato p se, dicit, qd peccati per se consideratur secundū quod egreditur a voluntate, sic enim habet rationem culpæ, quasi seruās se a peccato, secundum omnem aliam rationem, pura, secundum quod est in voluntate. Verum in hac re sicut & in cæteris rationi finit & authoritati sanctorum obediendum puto. Rationes autem pro parte affirmatiua, ex disconuenientia & inuoluntario sumuntur.

Ex disconuenientia quidem, quia inordinatio actus voluntatis malum magis est voluntatis, ac propterea nō parua est pena voluntatem illam habere. Ex inuoluntario autem dupliciter. Primo quia talem inordinationem inefficax non est voluntarium. Secundo, quia talem inordinationem parti nō est voluntarium. cōstat autem & eā inefficax peccanti, & peccantem parti illam incurrit illam, nolens illam incurrire si posset exercendo actū peccati. Pro parte autē negatiua ex resolutione pœnæ in Deū vt causam, rō sumit. Cū. n. oīs pœna iusta sit, & a Deo, vt patet per Aug. 1. lib. 83. qd oportet, qd in ordinatione culpæ esse in peccantē, vel incurrire peccantē,

Inf. art. 5. & 3. q. 86. ar. 4. & 2. dist. 140. q. 1. artic. 5. & 3. dist. 19. in ar. 3. & 4. dist. 26. q. 1. artic. 3. & 3. cont. c. 147. & 144. & l. 4. c. 93. Et opu. c. 185 & 188. & Ro. 2. lect. 2.

Lib. 2. Ethic. cap. 3. ante med. to. 5.

Ca. 60. a me dicto. 5.

AA 4 fit



fit a Deo: hoc autem est impossibile. ergo. Consequentia est per se nota. Falsitas autem consequentis probatur, tum quia accidentis esse, est inesse, ac per hoc causans inordinationem vt inhaerentem, causat eam simpliciter: tum quia peccans est malus formaliter denominatione intrinseca, inordinatione vt inhaerente, ac per hoc a Deo. Et haec militat contra vtriusque via: quia incurrere tale inordinationem agendo, est peccare, quod non est a Deo. & incurrere eam recipiendo, est subijci illi, quod consistit in inhesionem, que, vt probatum est, non est a Deo, nisi in me esse peccatum sit a Deo.

Arta, huius quati.

SED CONTRA est, qd dicitur Matth. 25. Ibunt hi in suppliciu aeternum. Et Marci. 3. dicitur: Qui autem blasphemauerit in Spiritum sanctum, non habebit remissionem in aeternum, sed erit reus aeterni delicti.

RESPON. Dicendum, qd sicut supra dictum est, \* Peccatu ex hoc inducit reatum pena, quod peruenit aliquem ordinem manente autem causa, manet effectus. vnde quoadiu peruersitas ordinis manet, necesse est qd remaneat reatus pena. Peruenit autem aliquis ordinem quandoque quidem reparabiliter, qdque autem irreparabiliter: semper enim defectus, quo subtrahitur principium, irreparabilis est. Si autem saluetur principiu, eius virtute alij defectus reparari possunt: sicut si corrumpatur principium uisuum, non potest fieri uisionis reparatio, nisi sola uirtute diuina: si uero saluo principio uisui, aliqua impedi- menta adueniant uisioni, reparari possunt per naturam, uel per artem. Cuiuslibet autem ordinis est aliquid principium, per quod aliquis fit particeps illius ordinis. & ideo si per peccatu corrumpatur principium ordinis quo uoluntas hominis subditur Deo, erit inordinatio quantum est de se irreparabilis, etsi reparari possit uirtute diuina. Principium autem huius ordinis est ultimus finis, cui homo

quia est malum culpa, quod longe peius est. Quae autem asserunt, qd ad saluandum inuoluntarium, parum proliunt propter duo. Primo, qd ipsa priuatio ordinis in actione culpa, non est primo & directe uoluntaria, sed vt ex supra dictis patet, suu fitit ad hoc qd malum culpa fit, quod indire- re & secundario uoluntaria fit: quia nemo operatur aspiciens ad malum. Vnde cum pena & culpa distinguantur per uoluntarium & inuoluntarium, & sic uoluntarium in priuatione, vt mallemus illam vitare saluo actu, constituitur in eo culpa malum, consequens est vt aliter inuoluntarium concurrat ad rationem pena. Secundo, quia in haesio, siue passio huius inordi- nationis culpa, aut ponitur effectus actionis inordinatae, quae est peccatum, aut non. Si ponitur effectus, aut formalis, & tunc idem est iudicium de culpa, & tali effectus: sicut idem est iudicium de caecitate & esse caecum, albedine & esse album. Si aliter, quasi sicut passio est effectus actionis, tunc non esset dicendum, quod ipsa essentia peccati est poena, sed sicut suum est factum: & continetur hoc sub tertio membro posito in littera. Si non ponitur effectus, sed ponitur idem & respectu distincta, extra uoluntarium non est. neq. n. uoluntarie un peccans agit, sed se in peccato ponit, & in peccato perseverat. Solutio autem quae datur a Scoto ad rationem factam pro parte negatiua, qd inordinatio ista est a Deo non infligente, sed deferente, nihil omnino ualeat: quia ad rationem pena exigit, qd sit a Deo eo modo quo culpa non est ab eo, i. vt in ipsum reuoluitur tanquam in primam causam positue, uel negatiue, sicut caetera iusta: sed reduci in Deum vt deferentem, non est

reduci in ipsum vt primam causam ergo. Probatur minus habere Deum vt causam deferentem, commune est causa pena. Est enim Deus causa mali culpa deferendo: & non simpliciter negatur, qd fit illius causa, vt affirmatur simpliciter qd est causa pena. Deus igitur vt deferens, non est a quo inhaeret per charitatem: & ideo quacunque peccata auertunt a Deo, charitatem auferentia, quantum est de se, inducunt reatum aeternae poena.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd pena peccato proportionat sicut acribitatem tam in iudicio diuino, quam in humano: sed sicut August. dicit 21. de ciuit. Dei, In nullo iudicio requirit, vt poena adaequetur culpa sicut in durationem. Non enim quia adulterium, uel homicidium in momento committitur, propter hoc momentanea poena punitur, sed quandoque quidem perpetuo carcere, uel exilio, quandoque etiam morte, in qua non consideratur occisionis mora, sed potius quod in perpetuum auferatur a societate uiuentium: & sic representat suo modo eternitatem poena inflicta diuinitus. Iustum tamen est secundum Gregor. \* quod qui in suo aeterno peccauit contra Deum, in aeterno Deipunitur. Dicitur autem aliquis in suo aeterno peccasse, non solum secundum continuationem actus in tota hominis uita durantis, sed quia ex hoc ipso quod finem in peccato constituit, uoluntatem habet in aeternum peccandi. Vnde dicit Greg. 4. Mor. \* quod iniqui uoluerunt sine fine uiuere, vt sine fine potuissent in iniquitatibus permanere.

inseparabili effectu. Vel dicatur correctio esse uerba illa dum pluries author replicat, nullo modo peccatum per se esse poenam peccati. neq. enim frustra dicit & replicat nullo modo, & ly. potest. In eodem secundo art. in 1. modo, quo peccatum ponitur na praecedentis peccati, dubium occurrit in Scoto in dicit. 21. qui contra hoc arguit non tanquam saluum, sed facile & dimittendum: quia si peccatu ponitur pena praecedentis peccati, p. p. subtractionem auxilij, sequitur qd peccatu non est in potestate uoluntatis, & uoluntas non potest deficere. Probatur sequela: quia non est in potestate uoluntatis paratum auxilium diuini, quo eger ad recte agendum in defectu peccati. Secundo arguit qd non simile est, qd in actio gratiae ponatur poena, & quod subtractio diuini auxilij restituendum actum sicut ponatur poena, tum quia Deus dedit gratiam antecedentem sicut rectitudinem actus, poena earentia rectitudinis est semper nouum malum: carere gratia est habituale malum. Et ex hoc sequitur, qd in potestate semper debet esse in potestate uoluntatis. In a. sicut per, sed dum habebatur, alioquin vt dictu est, non potest peccare in secundo peccato, qd ponitur pena primi peccati. Ad hoc dicitur negando sequelam, scilicet quod peccatum secundum non est in potestate uoluntatis. nam si sufficit, quod sit in potestate uoluntatis facere quod est, quod potest singulos actus peccati vitare, & quantum in se est, potest ad gratiam rehabentem se preparare. Sed de his inferius questione. 109. cuius terminus

... Sicut namque iuste subtrahitur gratia habitualis, sic consequenter auxilium diuini actualis spectans ad gratiam, quale est auxilium efficax ad non peccandum.

¶ Ad secundum dicitur, quod quia Deus vult omnes homines saluos fieri antecedenter, vult etiam eis gratiam antecedenter, sicut, & rectitudinem

AD SECVNDVM dicendum, quod pena quae est secundum leges humanas infligitur, non semper est medicinalis ei, qui punitur, sed solum alijs sicut cum latro suspenditur non ut ipse emendetur, sed propter alios, ut saltem metu poenae peccare desistant, sicut illud Prou. 19. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. Sic igitur, & aeternae poenae reprobatorum a Deo infligitur, sunt medicinales his, qui consideratione poenarum abstinere a peccatis, secundum illud Psal. 59. Deisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus, ut liberent dilecti tui.

AD TERTIVM dicendum, quod Deus non delectatur in penis propriis, sed delectatur in ordine iustitiae, quae haec requirit.

AD QVARTVM dicendum, quod poena etsi per accidens ordinatur ad naturam, per se tamen ordinatur ad priuationem ordinis, & ad Dei iustitiam: & ideo durante inordinatione, semper durat poena.

ARTICVLVS IIII.

Utrum peccato debeatur poena infinita secundum quantitatem.

DE QVARTVM sic proceditur. AVT, quod peccato debeatur

A odium Dei est contra Deum. Haberetur namque odio Deus non facile, sed ut contrarius commutabili bono nimis amato a peccatore illum odio habente. Sed contra hoc instatur, quia sicut charitas amat Deum in se pure, ita odium Dei terminatur ad ipsum Deum in se pure, & non ut contrarium amato bono.

pena infinita secundum quantitatem. Dicitur enim Hiero. 10. Corripe me Domine, verumtamen in iudicio, & non in furore tuo; ne forte ad nihilum redigas me. Ira autem Dei vel furor metaphorice significat vindictam diuinae iustitiae; redigi autem in nihilum est poena infinita, sicut & ex nihilo aliquid facere, est virtutis infinitae: ergo secundum vindictam diuinam peccatum punitur poena infinita secundum quantitatem.

¶ 2. Praeterea. Quantitati culpe respondet quantitas poenae, secundum illud Deuter. 25. Pro mensura peccati erit & plagarum modus: sed peccatum quod contra Deum committitur, est infinitum: tanto enim grauius est peccatum, quanto maior est persona contra quam peccatur: sicut grauius peccatum est percutere principem, quam percutere hominem priuatum: Dei autem magnitudo est infinita: ergo poena infinita debetur pro peccato, quod contra Deum committitur.

¶ 3. Praeterea. Dupliciter est aliquid infinitum, duratione scilicet, & quantitate: sed duratione est poena infinita, ergo & quantitate.

scilicet ad contrarietatem inter charitatem, & odium Dei: sunt enim circa idem obiectum, quod, & non circa idem obiectum, quod ut patet, & sic saluatur litera, quod peccatum ex parte conuersionis ad obiectum non est infinitum, quia est bonum commutabile. Deus enim licet, ut obiectum, quod odium, sit infinitus: ipse tamen, ut constat ex quod & quo, id est, sub ratione mali, non est infinitus, quia non est priuationem boni infiniti, sed commutabilis boni. Dic ergo, quod licet Deus sit obiectum, quod alicuius peccati, nullius tamen peccati est obiectum, nisi sub ratione aliqua finita, quia non nisi dependente a commutabili bono nimis amato, & propterea nullum peccatum ex parte conuersionis est infinitum.

¶ In eodem quarto articulo in responsione ad primum aduerte, quod licet peccatum ex parte sui, quia auersione auferat quantum ex se est, a Deo diuinitatem suam, qua sibi debetur, quod sit omnium finis vltimus, & conuersione conferat diuinam proprietatem bono commutabili, reatum incurrat annihilationis, tanquam reus lege maiestatis. Neque enim minus meretur, qui priuari beneficio essendi a Deo, quam ab homine sed constat, ab homine iuste priuari aliquem ipso esse, & quantum ab homine fieri potest, annihilari dum occiditur, incineratur, & dispergitur cinis &c. per accidens namque est ad iustitiam humanam, quod remaneat materia, & anima separata, ergo multo iustius potest priuari peccator ipso esse totaliter, quod non ab habente, sed ipso Deo gratuito beneficio suscepto, & conseruato. Si tamen consideretur peccatum, ut fiat sub statuto ordine a diuina iustitia, quae perpetuum statuit poenam, sic peccatum non incurrit reatum annihilationis, quia poena annihilationis repugnat poenae perpetuitatis. Et secundum hanc distinctionem verificare potest dicta hic, & alibi ab auctore, & specialiter in 45. dist. 4. q. 2. artic. 2. questio. 1. ad quartum, ubi vult quod de rigore iustitiae etiam pro peccato originali meretur annihilari. Hoc enim ex nostro demerito intelligendo secundum conuenientiam diuinae iustitiae, quae citra dignum sub materia punitiua est, dicimus non incurri reatum annihilationis.

Super